

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Johannis Segeri Weidenfeld De Secretis Adeptorum Sive Usu Spiritus Vini Lulliani Libri IV

Weidenfeld, Johann S.

Londini, 1684

65. Leo viridis Paracelsi

[urn:nbn:de:bsz:31-96282](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-96282)

65. Leo viridis Paracelsi,

Aureiveller. Germ. p. 410. 1588

R. **A** Cetum distillatum, quo solve leonem viridem, pone in putrefactione, solutionem filtra, abstrahere in B. aquositate usque ad oleitatem. Oleum vel residuum hoc pone in retorta, distilla ex arena humiditatem leni igne: Deinde adauge ignem, & leo viridis, vi ignis coactus dabit *Gluten* suum, alias aërem; capiti mortuo affunde phlegma suum (*abstractam humiditatem*) in fimo (vel balneo) putrefac & distilla, ut supra, & iterum ascendit spiritus; urge fortius, & veniet oleum tenax citrini coloris. Super caput mortuum affunde iterum primam aquam destillatam, pone ad putrefaciendum, filtra & distilla, ut antea, tandem fortissimo igne aperto, & exhibit oleum *sanguineum*, quod alias vocatur ignis. Terram residuam reverbera in albedinem, &c.

Hucusque habuimus menstrua fetentia ex vitriolo azoquo tantum confecta, aliquando tamen huic addidere Adepti vitriolum commune; ita fit

66. Menstruum fetens ex gummi Adrop & vitriolo com. Ripley,

Pag. 357. Viatici.

R. **E**T contere gummi factum de fericone mediante aceto destillato, cum tanto ana vitrioli evaporati, & primo lento igne evacua aquam, deinde cum forti recipe oleum (*sanguinem leonis*) quod separa ab aqua, donec habeas purum oleum per se.

Aliquando loco vitrioli communis addidere vitriolo azoquo nitrum commune, ita Lullius composuit suum menstruum fetens in practica testamenti.

C c 2

67. Men-